

Z c  
5029

ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO  
VIRO  
**DN. NIC. CHRISTOPHORO**  
**LYNCKERO**

HEREDITARIO DOMINO IN FLVRSTAET ET KOETSCHAV,  
IVRECONSVLTO INCLYTO, CONSILIARIO SAXO-VINARIEN-  
SI INTIMO, PRAESIDI FACVLTATIS IVRIDICAE ET SCA-  
BINATVS ORDINARIO, ANTECESSORI ET CVRIAEC  
PROVINCIALIS ASSESSORI

PRIMARIO

FLORENTISSIMAM CONIVGEM

**MARGARET. BARBARAM**  
**WIDMARKTERIAM**


RARI MATRONAM EXEMPLI  
LVCEMQVE SVI SEXVS ET VRBIS  
ACERBISSIMO FVNERIE EFFERENTI  
CONDOLESCENTEM TESTABANTVR ANIMVM  
**FACVLTATIS IVRIDICAE SENIOR**  
ET RELIQVI ASSESSORES.

D. XX. JANVARIJ, M DC XCV.

---

IENAE

LITTERIS Ioh. ZACH. NISIL



Rælustri bustô & grandi perculta  
ruinâ

Ingemit, attonitoque Domus Lyn-  
ckeria pendet

Luſtu, ſeqve iterum vix ſentit vive-  
re, necdum

Deceffiſſe ſimul, cùm magnus cedere fatiſ

BALDVſ vult, placitisqve poli defendere menti

Mærorem, & gelidos potuit miſiſſe Parentis

Charæ complexus proles generofa, fuitqve

Adversum, hic etiam ſibi ſuccedentia læta

Dis viſum miſcere, ſuo & diſtingvere trifti.

Quodſi digna dies eſt, quam caligine mergat

Involvatque Chaos, quoties dein fata reverti

Trifti lege velint, noſtroqve reducere cælō,

Hæc fuerit, quam, cùm lævis ſubducet astris,

Destinat inviſis rerum natura cuprefſis.

Regula virtutum, Pbaros & cynosura decori,

Cujus ad exemplum nuper proclivior ire

Componique fuit mulier gavifa, ſub umbras

It letoqve cadit. Non jam fastidia tollit,

Pondera cùm laſſant rerum, curamqve ſalutis

Nunc Phæbi depoſcit opus, nunc fæta laborum


Tot

*Tot cumulat responsa dies. Non cernere præbet  
Se cætu pietas sacrō, mentisque recessus  
Devotamque animam studiis cœlestibus implet.  
Desiit ista suos monitus, nec fuscitat ignes,  
Aut natis memorat, qnām magnis gloria Patrem  
Extollat gradibus, super & fastigia portet  
Fama favens, quantâ curâ decus asserat ostro,  
Resque Ducum firmet, quales discentibus artes  
Dispenset, quidnam surrexerit illius annis  
Grandis, & ut pulcrum sit per vestigia velle  
Ista sequi, atqve olim parili conamine ferri.  
Si querimur vultūs, & quæ declivia primū  
Astra petiverunt, nostras relinquere sedes,  
Perqve homines ultrà jam se non ferre Iunonem:  
Emicuit rectique tenor sine labeque vita  
Fortiūs, & veri feriunt vestigia pulcri.  
Si subeunt præcepta domūs, operumque labores  
Partibus æquati justis, currensque per omnia  
Ille animus : longè vicit junxisse paternis  
Docta suas sobolis moderatrix vocibus artes.  
Talis per Latias urbes Cornelia mater  
Ora tulit, pretiosaque pignora censuit una  
Posthabitis aliis. Talis prælustrior ivit  
Porcia, & ingentis Bruti clarebat amore.*

*Di-*

Dignum equidem superesse caput, multisque vocari  
In vitam votis, si possent fata moveri.  
Sed tamen ut tantum cœli succumbere possit  
Depositum, & tristi subsidere funeris urnâ,  
Non tamen urna tenet, spatiis nec clauditur illis,  
Queis tumulata jacet. Sunt illi busta domusque  
Tot memores mentes, & tantis manibus altè  
Fama comes graditur, quâ Cassiopéa refulget  
Supra solis equos radiis, animæque locantur  
Divarum, atque orbis fines virtute relinquent.  
Vos verò seu jam magni solatia luctus  
Libratis fessæ. Seu terram syrmate tristi  
Verritis, & fluida palatia scanditis orâ,  
Ut solæ manent lacrymæ. Seu justa paratis  
Ultima nunc, vestrasque velint solennia curas.  
Seu, quod vester amor nos credere velle putatur,  
Nunc alterna piæ defigitis oscula fronti,  
Vultuque heroæ legitim vestigia mentis  
Supremum, Natæ divæ, generosa propago  
Lynckeridæ, mediis advertite luctibus æqua  
Numina, quæ matrem voluerunt rebus abire  
His, postquam sese in Vobis absolverat omnem.

¶ o ¶



ILLVSTRI ATQVE EXCELLENTISSIMO

DN. NIC.  
L

HEREDITARIO D  
IVRECONSVLTO  
SI INTIMO , PRA  
BINATVS OR

MARGA  
WID

R  
LVC  
ACERI  
CONDOLE

FACVLT  
ET

SOPHORO  
R O

ET KOETSCHAV,  
O SAXO-VINARIEN-  
RIDICAE ET SCA-  
RI ET CVRIAEC  
RI

GEM  
RBARAM  
RIAM

MPLI  
VRBIS  
FFERENTI  
VR ANIMVM

E SENIOR  
ORES.

KCV.



LITTERIS Ioh. ZACH. NISIL